

1100. 5 marzo.—San Juan de la Peña

Pedro I concede al monasterio de San Juan de la Peña la cuarta parte de las villas de Sangarrén, Vicién, Pueyo de Vicién, Tabernas, Buñales, Torres de Violada, Torres de Almuniente, Barbués, Gallén, Almudevar, Formigena y Pitellas.

—AHN, *San Juan*, leg. 444, n.º 203 R, copia carolina s. XII [B].

—FDZ, *Libro de San Voto*, fol. 22 r.º, siglo XIII [C].

—FDZ, *Liber Privilegiorum*, I, fol. 576, que copia a C.

Ob honorem Patris et Filii et Spiritus Sancti summi Dei regnantis in secula. Ego Petrus Sancii, gratia Dei Aragonensium atque Pampilonensium rex, facio hanc cartam donationis monasterio Sancti Iohannis de Pinna de quarta parte duodecim villarum quarum nomina hec sunt: Sangarren, Bicient, Pueio Bicient, Taviernas, Bonnales, Torres de Viatala, Pitellas, Torres de Almunien, Barbuesse, Gallen, Almodovar, Formigena. Siquidem venerabilis memorie rex Sancius pater meus pro remedio animarum avorum pro avorum omniumque parentum nostrorum obtulit iam prefato babbiste Iohanni quartam partem almotogene prescriptarum villarum cum his que nunc habet in castro quod vocitatur Aierve, cenobio illi presidente Sancio abbate, era T.ª C.ª XX.ª I.ª Preterea ego divini flaminis inspiratione compunctus, credens me precibus et meritis precursoris Christi posse salvari animamque patris mei et matris mee omniumque parentum meorum, celestis felicitatis bravium percipere quod divina largiente clementia, predictae donationi patris mei augmentare valeo, cum maxima alacritate animi effitio, et quartam partem supra dictarum villarum ab integro, tam in rusticis et domibus, quam alodiis cultis vel incultis egressibus et regressibus, aquarumve discursibus, herbaticis, silvis, coloniis, homicidiis et omnibus omnino

rebus que ad ius regale pertinent vel pertinere debent, usu aut rectitudine predecesorum regum Aragonensium et meo supradicto cenobio ab hodierno liberam esse, concedo omni remota inquietudine monachorum inibi Deo servientium usibus pro futuram. In castris autem supradictarum villarum ubi voluerit abbas sancti Iohannis et monachi domos construant, tali tenore ut illas populas teneant et unum peditem ad faciendam guaitam ibi constituent cetera eis illibata maneant. Sancimus ergo ut si quis regum successorum meorum, aut quelibet alia persona, contra hanc mee oblationis paginam incorrigibiliter venire temptaverit, eidem monasterio in duplo restituat. Quod si facere noluerit omnipotentis Dei iudicio punatur Iudeque traditori associetur in inferno inferiori. Confirmo^a etiam et addo illa casa de Habindaniel cum omni sua pertinentia Deo et beato Iohanni.

[*Signo de Pedro I*]

Facta karta era^b T.^a C.^a XXX.^a VIII.^a, die III.^o nonas marci, in Sancto Iohanne, regnante rege Adefonso in Toledo et in Castilla et in Legione, me autem rege Petro Sancio in Aragona et in Pampilona et in Montson et in Superarve et in Ripacurcia, Stephano episcopo in Osca, Petro episcopo in Pampilona; Poncio episcopo in Rota, senior Lope Lopez in Uno castello et in Arrosta, senior Petro Sangez in Boltanna et in Mercuerllo, senior Acenar Acenarz in Montecluso, senior Exemino Garcez in Boilo et in Monteson, abbate Raimundo in Legerensi cenobio, abbate Sancio in Sancto Iohanne de Pinna.

Munnio Blascuiz exaravit.

^a Confirmo etiam... beato Iohanni, *om. B.* ^b en B aparece borrado un palo de la fecha: debía decir vera T.C.XXX.VIII^o.